
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

329

(Libellus Alexandri Hegii gymnasiarchae Daventriensis.)

Farrago

l Atiū olim dicebatur italia eo q̄ il
lic Saturnus latuerit pulſus cæ
lo a ioue filio

Inde latinus aū ad latinū pertinēs. Latina lin
gua ē lingua hoīm in latio habitantium

Latine aduerbiū qualitatis ē ⁊ conſtruit᷑ cum
verbis loquendi canendi ſcribendi. vt petrus
loquitur latine. canit latine. ſcribit latine. hoc
eſt qualiter latini loquuntur canūt ⁊ ſcribunt.

Petrus ſcit latine. neſcit latine. diſcit latine.
orationes eclipticæ ſunt. ſubauditur enim in
eis loqui

Petrus loquitur latine. perfectior oratio ē q̄ꝫ
petrus loquitur latinum. eo q̄ latinum adiecti
uum nomen eſt exigens ſibi adiungi ſubſtan
tiuum. latine autem aduerbium ē nihil niſi ver
bū ſibi coniungi poſtulans

Petrus loquitur latinum ſermoneꝫ perfectus
ſermo eſt. petrus latinū loquitur imperfectus
quem ſi perficere volumus ſubſtantiuū nomen
addamus neceſſe eſt

Petrus loquitur gallice. teutonice. græce. per
fectæ orationes ſunt. petrus loquitur gallicuꝫ
teutonicum. grecum. imperfectæ. Oportet eñ
in eis ſubaudiri ſermonem. Ouidius. Ipſe mi
hi videor iā dedidiciſſe latine. Nam dici getice

I 170 g 116/2
741 Campbell

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

barbariceqꝫ loqui

Petrus tamdiu habitauit in gallia vt dedidi
cerit teutonice loqui. He heeft ſo lange ĩ walſ
lant gewent dat hi duytz v̓gheten heeft.

Juuenalis in ſatyra. Credo pudicitiã Nam q̃d
rancidius q̃ʒ q̄ ſe non putat vlla. Formoſaʒ ni
ſi quæ de thuſca græcula facta eſt De ſulmo
neſi mera cecropis omnia græce ſupple loquũ
tur . Cum ſit turpe magis noſtris neſcire lati
ne ſupple loqui. vbi carpit. Juuenalis muliẽs
romanas q̃ non erant contentæ latina lingua
ſed loquebantur omnia græce

Homo currit. ẽ latina orõ melius dr̄ q̃ʒ homo
currit ẽ bonum latinũ. Bonũ enĩʒ ⁊ latinũ duo
adiectiua noĩa ſunt q̃ non cohærent. adiectiuũ
enim non adiacet adiectiuo

Orationum q̃dam ſunt bene latine quedã non
bene latine. q̃dam vix bene latine. hoc eſt q̃dã
ſunt ſatis latine quædam ñ ſatis latine. quædã
vix ſatis latine

Homo currit eſt oratio bene latina. liber ẽ me
us . eſt oratio bene latina vel plane latina liber
eſt mei. eſt oratio vix bene latina Non ei geni
tiuus caſus mei p̃t apponi verbo ſubſtantiuo.

Petrus loquitur latine. ſed non bñ latine. vel
non ſatis latine vel vix bñ latine. He ſpreckt la
tijn. mer gheen goet latijn. Ouidius. Quam
legis a rapta briſeide littera venit

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

Vix bene barbarica græca notata manu · ordo
eſt · littera vix bene græca hoc eſt non ſatis græ
ca · notata · id eſt ſcp̄ta barbarica manu ⁊c̄
Petrus non bene teutonice loquitur vel non ſa
tis teutonice vel vix bene teutonice · He en ſpre
ket gheen goet duytz
Teutonus dicitur homo in teutonia genitus ·
quomodo gallus homo in gallia genitus
Teutonus een duytſche · Gallus een wale
Teutonia terra teutonorum Gallia terra gallo
rum · teutonicus gallicꝰ nomina poſſeſſiua ſūt ·
Juuenalis · Cum de teutonico vellet deſcēde
re curru
Rectius dicitur petrus eſt teutonus · gallus ·
q̄ȝ teutonicus gallicus
Teutonicalis gallicalis ſuperuacua noīa ſunt ·
cum eis non egeamus Significat enīȝ teutoni
cus a ū idem quod teutonicalis Gallicus autem
idem quod gallicalis
Qui vtuntur nomine teutonicalis fallunt᷑ · Cre
dunt enim nomen teutonice eſſe gētile ⁊ nomē
teutonicalis poſſeſſiuum quod veritate conſen
taneum non eſt · Eſt enim teutonus · gentile
nomen · ⁊ teutonicus poſſeſſiuum
Vtile eſt ſcire volentibus latine loqui an oratō
infinitiua quæ dictum dicitur mutanda ſit in
orationem ab vt incipientem an a ꝙ Scio ioā
nē · legere mutat᷑ ſic · Scio ꝙ io · legit · volo io

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

annē legere mutatur ſic· volo vt io· legat Jo·
facit me legē mutatᷣ ſic· io· facit vt ego legerē
Facio efficio fio factus patiuntur ſibi oratio
nē apponi ab vt incipientē· vt paupertas facit
vt io· mendicet· egritudo facit vt io· heri nō veni
ret ad ſcolas· deſidia ioānis facit vt nihil diſce
ret· deus non efficit vt hō peccet licet pmittat
hoīem peccare· deus efficit vt hō bene faciat Nō
fit a deo vt hō peccet· non ē factuȝ a deo vt hō
peccaret Ois oratio actiua mutari pt in paſ
ſiuam Jdeo orō in qua ponitur facere pt verti ī
orōem in qua ponitur fieri· Joa· facit hanc do
mū fieri mutatur ſic Jo· facit vt hec domus fie
ret· A ioanne factum ē vt hec domus fieret· A
ioanne factum ē hanc domum fieri

Cum orō actiua mutatur in paſſiuā appoſitū
verbi actiui fit ſuppoſitum verbi paſſiui· vt io
annes amat petrū· mutatur ſic· petrus amatᷣ a
ioanne Jubeo te legere· mutatur ſic· tu iuberis
a me legere· Debebo tibi pecuniam· mutatᷣ ſic
pecunia debebitur tibi a me

Cum appoſitum verbi actiui ē oratio vt ab in
cipiens debet oratio eadem fieri ſuppoſitum ver
bi paſſiui vt io· facit vt ego legam· ſic mutatᷣ·
fit a ioanne vt ego legam

Cū orō a ꝙ incipiens ē appoſitū verbi actiui
debet eadem fieri ſuppoſitum verbi paſſiui · vt
ioannes credit ꝙ petrus ſit domi· mutatur ſic·

ꝙ petrus ſit domi creditur a ioanne
Quandoqꝫ oratio incipiens a ꝙ eſt ſuppoſi
tum verbi ⁊ oratio incipiens ab vt appoſitum
vt ꝙ ioannes ē ægris pedibus facit vt non pe
tat templum
Vbicūqꝫ ponitur vt non ibi etiam p̄t poni ne·
qm̄ ne idem ē quod vt non Itē quo minus idē
eſt qđ vt non·p̄t ergo recte dici·ꝙ io· ægro
tat vel laborat febribus facit vt non petat ſco
las ·ne petat ſcolas ·quo minus petat ſcolas·
Occupationes impediuerunt me quo minus
venirem ad te· van onledichept en konde ick
niet tot dy comen·Quid fuit tibi impedimen
to quo minus huc venires ·wat hinderden dy
dattu hier niet en q̄meſt Sola deſidia tua ipe
dimento tibi fuit quo minus hoc faceres Queſi
tiuo quid quandoqꝫ reſpondetur oratio a ꝙ in
cipiens qn̄qꝫ ab vt ne quo minus vt quid fles
quid dolet tibi ? ꝙ nihil didici vehementer m̄
dolet Quid rogauit te petrus vt darem operā
lr̄is Quid ægritudo fecit? quo minus peterez
ludum litterarum
Signare ⁊ ſignificare dr̄n̄t·poſſumus tam res
aiales q̄ȝ inaias ſignare · Paſtor ſignat oues
ſuas litteræ etiam ſignari dicunt̄ ⁊ teſtamēta
Ouidius Flens q̊ȝ me ſcripſit nec q̄ ſignabar
ad os ē An̄ ſed ad madidas gemma relata ge
nas Signare lr̄as brieue beſeghelen·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

Vtruȝ ſigillũ format ex ſe ſigillare quo mõ ſi
gnum ſignare conſulantur auctores
Reſignare lrãs ẽ lrĩs ſignum auferre· Nõ de
cet quẽpiam reſignare lrãs ad ſe nõ datas
Nemãt ſal vreemde brieuen opbrekẽ·
Res q̄ noſtræ ſunt ſignamus quo modo pueri
libros ſuos ſignare ſolent· Cum ãt damus id
quod nrũm eſt alteri dicimur id reſignare q̄a
ei ſignum nrũm auferimus· Horatius · Hac
ego ſi compellor imagine cuncta reſigno
Signare dr teutonice merken of tekenen
Significare ẽ alicui aliquid notũ facere· vt io
ãnes ſignificauit mihi petrũ rediiſſe· vel ſignifi
care ẽ facere hoiẽm de aliqua re cogitare· vt aſi
nus ſignificat aſinũ· Hoc ẽ hæc vox aſinus fa
cit audientem eã cogitare de ea re q̄ eſt aſinus
Cum primum enim auditur ab aliquo lrãto
hæc vox aſinus protinus incipit cogitare de a
ſino
Significare conſtruitur cum accõ· vt deus ſig
nificat deum· & cum dicto· hoc ẽ cum oratione
infinitiua vt deus ẽ ſignificat deum eẽ
Qui dicũt enſis tm̃ ſignificat ſicut gladius nõ
recte dicunt Sicut enim non refertur ad tm̃·
melius dicitur enſis tm̃ ſignificat quantuȝ gla
dius aut id quod gladius
·Socrates ſignificat ſicut plato recte dicitur·
Vtrumqȝ ei nomen proprie ſignificat·ſocrate ſ

id ſignificat quod plato falſo dicit̃ · Non enim
ſocrates eũipſum hoiẽm ſignificat quẽ plato
Poſt v̓bum ſignificandi qñq3 ponitur oratio
infinitiua aut orõ indicatiua vel coniunctiua in
apiẽs a ꝙ vt petrus ſignificauit mihi ioannem
eẽ domi vel ꝙ ioannes ſit domi · Qñq3 orõ con
iunctiua incipiẽs ab · vt petrus ſignificauit mi
hi vt venirẽ ad ſe · hoc ẽ ſignificãdo mandauit
mihi vt venirẽ ad ſe ·
Si quis diceret petrus ſignificauit mihi ꝙ veni
rem ad ſe non ſatis proprie loqueretur
Cum enim haec verba ſignifico dico ſcribo nũ
cio renuncio mandationẽ ſignificant exigunt ſi
apponi orõem coniunctiuã ab vt incipientem ·
Cum enim tm̃ notum facere ſignificãt exigunt
orationem infinitiuam ſibi apponi aut coniunc
tiuam a ꝙ incipientẽ · vt petrus ſignificauit di
xit ſcripſit nunciauit mihi Paulum rediiſſe vel
ꝙ paulus redierit ·
Petrus ſignificauit dixit ſcripſit nunciauit mi
vt venirem ad ſe · hoc eſt ſcribendo ſignificãdo
dicẽdo mandauit mihi vt venirem ad ſe
Volenti latine loqui magnoꝑe cauẽdũ ẽ ne ꝑ
ticulã ꝙ ꝓ ꝑticula vt ponat ã ↄtra vt ꝓ ꝙ
Qui dicit ioannes rogauit me ꝙ venirem ad
ſe · non ſatis ꝓꝓe loquitur ſi vult tm̃ ſignificare
q̃ntum · Johan bad mi dat ic to hem ſolde co
men · Joannes rogauit me ꝙ venirẽ ad ſe · tan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

tum ſignificat q̄ntum ioannes rogauit me idē
eo quia veniebam ad ſe. hoc ē. hi bad mi daer
omme want ick tot hem quam.
Poteſt hoc pronunciatum ioannes rogauit
me q̄ venirem ad ſe eē falſum cū hoc ver̄ eſt.
Joannes rogauit me vt venirem ad ſe
Cum dico ioannes rogauit me q̄ venirem ad
ſe ſignifico me veniſſe ad ioannē
Cum dico ioannes rogauit me vt venirem ad
ſe non ſignifico me veniſſe ad ioannē.
Joannes rogauit me q̄ venirē ad ſe. mutatur
in hanc orōnem q̄ ego veniebā ad ioannē fe
cit vt rogaret me. Joannes rogauit me vt ve
nirē ad ſe. mutatur in hanc orōnem vt ego veni
rem ad ioannem fecit vt rogaret me. Rogauit
ieſum quidam phariſeus vt apud ſe mānduca
ret. Jbi rogauit eum vt conſtruitur. Rogate
dn̄m meſſis vt mittat operarios in meſſem
Pueri ſepe ponūt q̄ pro vt. eo q̄ q̄ et vt apud
teutonos eandem interp̄tationem habent.
Quod enim interp̄tatur dat et vt interp̄tatur
dat Scio q̄ io. veniat ad me interp̄tatur. Jc
weet dat iohan tot mi comt. Rogo ioannem
vt veniat ad me interp̄tatur. Jc bidde iohan.
dat hi tot mi kome. Joannes dixit mihi q̄ pe
trus eſſet domi. Johan ſeyde mi dat peter by
huys was Joannes dixit mihi q̄ venirem ad
ſe. Johā ſede mi dat ic bi hem comen ſolde

Joannes dixit mihi ꝙ venirē ad partes ē orō
viciosa hꝫ etiam duos ſolœciſmos · Ponitur in
ea ꝙ pro vt · partes pro prīa Partes necē eſt
ꝯſtrui cū gtō vt ibo ad partes q̄ſdam hollādie
Venio de q̄buſdam partibus hollādie In par
tes tyri ⁊ ſidonis · in nōnullis partibus hollan
die ānona cara ē In ſōmighen plaetſen vā hol
lant is dat coorn duer · Prīa ſignificat locū na
talem ⁊ exigit ſibi apponi gtm̄ caſum vel pro
nomen poſſeſſiuuꝫ vt fui in patria petri · in pa
tria mea · in prīa tua · Non ſolū hō hꝫ prīam ſꝫ
etiaꝫ vini ⁊ aliȷ̄ fructꝰ vt noſti prīam vini illiꝰ
weetſtu waer die wijn ghewaſchē is · Quæ
ē prīa caſei butiri ꝰ waer is die keſe of botter
gewaſſen · Prīa non ſolū ſigt̄ terrā ſꝫ etiā vrbē
in q̄ q̄s natus ē vt dauātria dauātrienſiū prīa
ē · Cauendū ē ne inſcriptiones hoc ē tituli li
broꝝ corrūpantͬ Turpe ei ē res debitis frauda
re noibus Diſticha ioannis Garlādini cor
rupto noie diſtigia vocantur
Diſticha ſunt bini verſus plenā ⁊ abſolutam
ſniām conplectentes qualia ſunt diſticha
Catonis q̄ qꝛ latine ſcripta ſunt habentur lec
tione digna Diſticha autem ioannis indigna
videntur q̄ a pueris diſcantuꝛ
Tetraſticha ſunt q̄terni verſus plenam ſniām
ꝯprehendentes Marcialis ad Sabellum · Q ð
nō inſulſe ſcribis tetraſticha q̄dam Diſticha

ꝙ belle pauca ſabelle facis Laudo nec admiror facile eſt epigrammata belle· ſcribere· ſed librꝝ ſcribere· difficile ē Joannes garlandinꝰ me lius dr̄ q̄z ioannes de garlādia· non enī Catul lus dr̄ catullus de verona· ſed catullus veronen ſis · nec opera ouidÿ dicunt̄ opera ouidÿ de ſul mone· ſed opera ouidÿ ſulmonenſis

Tractatus petri hiſpani non inſcribunt̄ · Tra ctatus petri de hiſpania·

Ignorantes ortographiā fraudunt dictiōes lr̄is debitis Etymologiam ignorantes fraudāt eas origine debita· Dicunt enim dictiones in deriuari· vn̄ inq̄m traxerūt originem

Dialactica ſi tortellio credimus dr̄ a græco v̄ bo dialegomce quod diſputare dicitur

Dialectica enim ars diſputatoria eſt

Dialectica ē ars inueniendi argumēta ⁊ formā di argumentationes

Dialectica ſignificat artem argumētandi Dia lectica orꝝ· dicunt̄ ſcripta de arte argumētan di· Dialectica ē argumentorꝝ inuentrix quia oñdit nobis ſedes argumentorꝝ hoc ē locos in q̄bus latent ex quibus petenda ſūt

Dialectica ē argumentationum formatrix qr tradit nobis regulas ſcd̄m quas ſi argumenta mur bene argumētamur ⁊ bonas argumentati ones formamus

·Argumētum ⁊ argumentatio dr̄ūt eo ꝙ āgu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

mentatio eſt orõ conſtans ex antecedente ⁊ cõ
ſequente · vt ſortes currit · igitur ſortes mouet᷑
Argumentū ẽ id cui aliquid cõſequit᷑ vt argu
mentū vere amicicie ẽ non deſerere amicū in ad
uerſis Argumentū ẽ nomen aliqd dictum ·
Eſt ei oẽ argumentū alicuius rei argumentū
vt qꝛ lacbrymaruꝫ profuſioni conſequitur do
loꝛ lacbrymarū profuſio doloris argumentum
dꝛ · Seneca · Primum argumentum compoſite
mentis exiſtimo poſſe conſiſtere ⁊ ſecū morari
Inuento argumento p̄t facile dialecticus
Oratinum q̄dam conſtant ex partibus eiuſdẽ
linguæ q̄dam ex partibus diuerſaꝝ linguaꝝ
Oratio conſtans ex latinis dictionibus · vocat᷑
oratio latina · vt liber petri · quæ ex græcis con
ſtat græca vocatur · vt onos lyras · hoc ẽſt aſi
nus lyræ · Onos enim aſinus dicitur · lyras aūt
ẽſt græcus gtūs noīs lyra
A lyra lyrici poetæ illi dicti ſunt qui v̄ſus ad
lyrā decantandos cõponebant
· Oratio cõſtans ex duabus partibus quarum
altera græca eſt altera latina dicitur oratio ex
ꝑte græca ⁊ ex parte latina vel poteſt dici com
poſito nomine græco latina oratio vt libri enei
dos · libri baſileon
Eneidos eſt græcus gtūs noīs eneis ·
Eneis eſt poema ſiue carmen de enea ſcriptuꝫ
cꝰgtūs eſt eneidos accuſatiuus eneida · vt vir

gilius eneida ſcp̄ſit Non ē credendū eneida eē
accm̄ pluralē ſed ſingularem· Non ei dicimus
eneida eneidoꝝ ſicut georgica georgicoꝝ
Cuꝫ dicat Stacius thebaida ſcripſit Virgiliꝰ
eneida accā hmōi ſingularis numeri ſūt Theba
is eni thebaida accm̄ habet·
Libri baſileon regū libri dicūt Nam baſileus
cuiꝰ pluralis gtūs ē baſileon rex dicitur·
Cauendū ē pueris ne noia artium liberaliū cor
rumpant Grammatica q̄ latine lr̄atura dicat
cū geminato m ſcribi debet Grāmatica ce· femi
gn̄is ſignificat artē recte loquendi ⁊ ſcribendi·
Grāmatica oꝝ· dicuntur pertinētia ad grāma
ticam· Itaqꝫ opera grammaticoꝝ hoc ē ea q̄ de
grammatica ſcripta ſūt vocantur grāmatica vt
priſcianus ſcripſit grāmatica· Quo mō bu
colica oꝝ· ⁊ georgica oꝝ· ſunt noīa operū ita
etiam grammatica oꝝ· Dialectica oꝝ· rhetori
ca oꝝ· mathēatica oꝝ· phyſica oꝝ· metaphy
ſica orū· Aethica oꝝ· politica oꝝ· Oeconomica
oꝝ· topica oꝝ· Arithmetica oꝝ· muſica orum
Aſtronomica oꝝ· Geometrica orum· nomina
operum ſunt
Vt latine dicitur· Commoda mihi· Georgica
virgilij ita ⁊ latine dicatur Commoda mihi di
alectica petri hiſpani· cōmoda mihi metaphi
ſica ariſtotelis·
Recte dicitur· Ariſtoteles ſcripſit dialecti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

ca rhetorica physica metaphysica. hoc est ſcri
pſit ea q̄ pertinent ad dialecticam rhetoricam
physicam metaphysicam
Dialectica ce cū latino i ꝛ ct ſcribit qui dialec
ticā cum greco y ꝛ absq; c ſcribit duos barba
riſmos facit
Soloecaſmus ē vitioſā conſtructio partiuz ora
tionis Et fit cum pars orōmis conſtruitur cum
parte cui non congruit
Soloecaſmus dr̄ trito noīe incongruitas qꝛ cuz
ſoloecaſmus fit conſtruitur pars cū parte cui n̄
congruit. Latinitas ſermonis dicitur congrui
tas qꝛ cum in ſermone ē latinitas pars cū pte
congruit Regulae congruitatis ſunt regulae
latinitatis hoc eſt regulae ſcd̄m quas fiunt ſer
mones latini
Varia ſunt genera regulaꝝ Sunt eniz regulae
viuendi. Cuiuſmodi ſunt pcepta decalogi ꝛ ca
nones ſcōrum patrū. Sunt regulae argumētā
di quae ſunt regulae dialecticae. Sunt re
gulae loquendi quae ſunt regulae grammaticae
ſunt regulae dicendi copioſe ꝛ apte de qualibet
re ꝛ hae ſunt regulae rhetoricae. Sunt regulae
medendi ꝛ hae vocantur canones medicine
Orationes formatae ſcd̄m regulas grammatice
vocantur orationes congrue
Congruitas ꝛ incongruitas in oī lingua reperi
untur Jck bin du biſt orationes teutonicae ꝛ cō

grue ſunt · Jck biſt du bin incongrue ſunt · q̃
niam ick pronomen teutonicum prime perſo
ne nō ↄgruit verbo biſt ſcđe pſone Contra
eos q̄ modorum ſig͞ndi notiaā credunt grāma
tico neceſſariam q̄ nouo noie modeſtæ vocant᷑ ·
Qui dicunt modorum ſignificandi noticiaꝫ ef
ficere grammaticū falluntur Non enim propte
rea quiſpiam grāmaticus dicatur quia ſcit mo
dum ſignificandi materialē nois eum eſſe qui
nomini cuꝫ pronoie communis eſt ⁊ formalem
eum q̄ nomini ꝓprius eſt · ſed q̄ ſcit latine loq̄ ·
⁊ ſcribere is grammatice noie dignus eſt Nemo
negat᷑ ꝓpterea eſſe grāmatic⁹ q̄ʒ neſcit qui ſint
modi ſignificandi eſſentiales ⁊ accidentales ·
materiales ⁊ formales · abſoluti ⁊ reſpectiui p
tium orōis ſed q̄ recte loqui ⁊ ſcribere neſcit q̄ʒ
tumcūqꝫ verborum de modis ſignificandi faci
at grammatice noie indignus ē Non is dicatur
grammaticus qui ſcit gtm̄ caſum ſignificare p
modum vt cuius eſt alterum · ſed qui ſcit non
recte dici gtm̄ ſignificare p modū vt c⁹ ē alteꝝ
Grāmatici qui de modis ſignificandi ſcripſerīt
ſiquidem grāmatici dicendi ſunt barbare ſcri
ſerunt · Veteres āt qui ne verbum quidē de eis
fecere rectiſſime locuti ſunt Ex quo liquet mo
dorum ſignificandi noticiam non ſolū nō ꝓdeē
ſed vehemēter officere eis q̄ grāmaticā ꝓfitē᷑
Cur itali non docent pueros modos ſignifican

di niſi quia eos chariores habent q̄z vt ei⁹ tam inutilia tanq̄z noxia inculcent

Quid prodeſt ſcire ꝙ modus ſignificandi materialis pronois ē ſignificare per modū habit⁹ ⁊ quietis . formalis autem per modum determinati apprehenſionis ſi neſcias latiniu⁹ dici liber eſt meus q̄z liber eſt mei . liber eſt meus ipſius q̄z lib̄ ē meiipſi⁹ . liber ē meus ⁊ ioannis q̄z lib̄ ē mei ⁊ io . lib̄ ē meus q̂ lego q̄z lib̄ ē mei qui lego

Quid prodeſt noticia modorum ſignificandi ſi neſcias has orationes eſſe barbaras ⁊ vicioſas Ego dedi ſibi librum . tu dediſti ſibi librum Ego miſeror ſui . tu miſereris ſui . Ego diligo ſocium ſuum . tu diligis ſocium ſuum . Pueris danda ē opera vt ſciant q̄ conſtructio debeat᷑ pronoībus relatiuis reciprocis q̄ nō reciprocis hoc eſt vt ſciant qñ vtendum ſit pronoīe ſu⁹ quando pronoīe is aut eis obliquis . Joan . diligit ſocium ſuum recte dr̄ . pronomē enī ſuus tunc recte apponitur v̄bo cū añcedens eius v̂bo ſupponit᷑ . vt io . ſociū ſuū diligit . Qui ꝓnomen reciprocū pro nō reciproco ponit nō recte loq̇tur Jtē q̄z q̇ non reciprocū ꝓ reciproco ponit a viciīs liber non ē . Jo . ſocium ſuum diligit orō perfecta ē . Jo . diligit ſocium eius orō inperfecta eſt quā ſ c poterimus ꝑficere . Jo . . diligit ſocium eius cui heri libꝝ commodaui

Modi ſignificandi nō efficiunt conſtructionez

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

partium orōis Gtūs enim mei hꝫ eum modum
ſignificandi q̄ caeteri gti & non hꝫ cōſtructionē
caeteroꝝ gtōrum· Recte enim dr̄ liber ioānis
ſed non rectae dr̄ liber mei· Rectae dr̄ liber eſt
ioānis non rectae liber ē mei· Quid ꝓdeſt gtō
mei ſignificare rē cuius ē alteꝝ cum nō poſſit cō
ſtrui cum noīe ſignificante rem q̄ alterius ē· ſiq̄
dem liber mei non recte dicatur
Queꝫ coniunctio hꝫ modum ſignificādi quē &
coniunctio & non hꝫ conſtructionē quā & coniū
ctio· Recte enim dr̄· Ego & tu damus ·non re
cte autē· Egoqꝫ tu damus An & ne eundē mo
dum ſignificandi hn̄t ſed non eandē conſtructi
onē· Recte enim dr̄· An ioānes ē domi·non re
cte ne ioannes ē domi· Tenus & verſus p̄poſiti
ones eum modū ſignificādi hn̄t quem caeterae
p̄poſitiones ſed non eandē conſtructionē quaꝫ
caeterae Recte enim dr̄ in capulo non recte te
nus capulo· dicendū enim· capulo tenus· Cui
modo ſignificādi dn̄t hi gti pluris minoris tāti
quanti qꝛ conſtruit̄ cum v̄bis ad emendū & vē
dendū ꝑtinentibus potius q̄ꝫ hi gti aureorum
philippoꝝ· hoc ē cur latine dicatur· Liber meꝰ
tanti emptus ē quanti tuus cū nō dicat̄ latine
liber meus tot aureorū emptus ē quod aureo
rum tuus · Habemꝰ ābiguas oroēs ābiguas ꝑ
tes oroēs Noia q̄ vulgo equiuoca vocātur rec
tius dicūtur ābigua qm̄ equoca ſunt res ſigni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

331

ficate ābiguo noie Ambiguum autē dr̄ nomen̄ multas res diuersis rōibus significās vel nomē ambiguū ē nomen quod cum profertur ambiguum ē q̄d significet. Nomē alexandri ābiguum ē. Alexander autem magnus ⁊ troianus alexander equiuoca ſunt

Noīa ābigua polyſema græce dicunt᷑. Poly enī multū dr̄ ⁊ ſema signū. inde polyſemus a ū multa significās Seruiꝰ in p̄mum eneidos Cano polyſemus ſermo ē Aequiuoca pn̄t dici cognoia. Sūt enim cognoia q̄ idē nomen hn̄t Homo mortuus ē cognois hoi viuo. Vocatur ei hō mortuus hō queādmodū hō viuus

Cū enim dr̄ hō ambulat de viuo hoie loq̄mur Cum autem dicimus hō ſepelitur de mortuo. Nomē cognois ad aliq̄d dicitur. Nemo enim dr̄ cognōis niſi qui aliquē ſibi cognoēm hꝫ Cognōis ne dicitur teutonice biname

Binōis ne dr̄ habens duo noia. Vtrum autē binomiꝰ aū dicat᷑ nec ne ↄſulant᷑ grāmatici

Ambigue orōes ſunt q̄ cum proferūtur ambiguum quid ē significent quales ſunt hæ orationes amor ioannis odium petri

Volēti recte loq̄ neceſſe ē ſcire quæ pas orationis ad quā referatur. Quemadmodū q̄ntum refertur ad tantum tam ad q̄ꝫ vt io. ē tam doctus q̄ꝫ petrus

Tam ⁊ q̄ꝫ æqualitatē ſignificant. Cū enim di

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

citur io· tam doctus ē q̄z petrus ſignificantur ā
bo æque docti eē Jo· tā doctus ē ſicut petrꝰ
non recte dr· ſicut ei non refertur ad ꝑticulā
tam qm̄ ſicut qualitatē ꝟt tā vero q̄ntitatem·
Tam ꝛ q̄z adduntur nōibus verbis aduerbijs
ꝛ oꝛōibus cauſalibus· ꝑn̄t ꝛ pronōibus addi·
vt quod ex parte meū ē non tā meum ē q̄z id
quod ex toto meum ē Pronoi non repug
nat compatio eo ꝙ ei poſſunt addi aduerbia
magis ꝛ minus Quod enim ex toto meū dicat̄
q̄z id quod ex parte·
Aduerbijs adduntur· vt tā mane veni q̄z tu·
Tā veſperi redij q̄z tu· tā pene cecidi q̄z tu· Jc
had ſo na ghevallen als du· Querendum ē
q̄z pene ꝑlegiſti librꝫ· hoe na heueſtu dat boe
ke vut gheleſen Quaſi non ſignificat id quod
pene Jtaq̄ non recte dr q̄z q̄ſi perlegiſti librꝫ
Quaſi ſimulationem ſignificat vt io· ſalutat pe
trum q̄ſi diligat eū hoc ē ſimulat ſe diligere eū
Quicunq̄ ſcd̄m veras regulas argumentatur
bene argumētat̄ qui ſcd̄m falſas vicioſas argu
mentationes facit
Syllogiſmi boni formantur ſcd̄m veras regu
las Vicioſi autem ſcd̄m falſas Syllogiſmꝰ
p̄mi modi p̄me figure formatus ē ſcd̄m hanc
regulā Si a dr de omni b ꝛ b de oi c dr neceſſe
eſt a de omni c dici· hæc ē ſi maior extremitas
dicitur de medio diſtributo ꝛ medium dicitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

de minore extremitate diſtributa neceſſe eſt
maiorem extremitatem dici de minore extremi
tate diſtributa·

Syllogiſmus ſecundi modi prime figure ad
hanc regulam formatur· Si a negatur de om
ni b ⁊ b dicitur de oi c· ⁊ nccē ē a de oi c negari

Syllogiſmus prime figure cuius minor pro
poſitio negatiua eſt qualis eſt hic· Omne ani
mal eſt ſubſtantia nullus autem lapis eſt ani
mal· igitur nullus lapis eſt ſubſtantia· ideo vi
cioſus eſt· quia factus eſt ſcd̄m falſam regulā
quae haec eſt· Si a dicitur de omni b ⁊ b nega
tur· de omni c neceſſe eſt a negari de omni c·
Eſt autē haec regula falſa quia cum ſcd̄m eaȝ
argumentamur maior extremitas quae in ma
iore propoſitione manet indiſtributa in conclu
ſione diſtribuitur·

Quemadmodū ſyllogiſmi ſcd̄ȝ falſas regulas
facte vicioſe efficiuntur·

Haec regula falſa eſt· poſterius ſupinuȝ cū
verbo ſignificante reditum· hoc eſt motum de
loco conſtruendum eſt· non enim recte dicitur
Redeo lectu cum ita nullus auctoruȝ locut⁹
ſit· Quemadmodum is non loquitur teutoni
ce· qui ita loquitur pro non nullus teutonorū
locutus eſt ita nec latine is loquitur qui ita lo
quitur· Quomodo nullus latinorum locutus
eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

Qui loquūtur ſcd'm hanc regulā Omne gerū
dium ſupponit ſibi accūm caſū non rcē loquū
tur. Non enī apud latinos gerundio accūs ca
ſus ſupponitur niſi cum more grecoꝝ interpre
tes ſacræ ſcripturæ interdū loquūtur nobiſ ta
men nō ē pmiſſum ſupponere gerundio accm̄
qꝛ priuilegia paucoꝝ non ſunt leges cōes om
niū Non eī ita paganis pmiſſum ē teſtari quo
modo militibus Nō recte dicimus. Tēpus eſt
nos ſurgere. Non autē licet nobis dicere. Tem
pus ē nos ſurgendi

Tempus ē nos eſſendi ſapientes. non recte dꝛ
non enim dꝛ eſſendi cum nullus auctoꝝ eo ge
rundio vſus ſit nec dicatur nos eſſendi. qm̄ ge
rundiū ſibi accūm non ſupponit.

Quod ꝛ vt hoc diſcriminis hn̄t ꝙ oratio cui p̄
ponitur vt cauſam finalem ſignificat. cui autē
ꝙ preponitur cauſam efficientem vt. Cedo te
virgis ꝙ dignus es qui virgis cedaris. vel ꝙ
meritus es virgis cedi. Cedo te vᵍgis quo te cor
rigam quo te emendem quo te bene moratum
reddam faciam efficiā. Quandoqꝫ eidem verbo
poſtponuntur vt ꝛ ꝙ coniuncta per tam ꝛ qꝫ.
vt. Cedo te virgis non tamꝙ dignus es qui ce
daris qꝫ vt te bene moratum reddam. Jck ſla
di niet alſoe ſeer daer omme dattu dat vᵈdien
net heueſt als daer om dat ick di gherne herf
maken ſolde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

Dolet verbum in tercijs perſonis quādoq3 h3
ntū caſum ſibi ſuppoſitu3 vt dentes dolent mī
hi · teutonice die tande doen mi ſeer Caput
dolet mihi · teutonice dat hoeft doet mī wee
Doleo caput · doleo dentes · poetice orationes
ſunt · Contumelia plus mihi dolet q̄3 damnum
te utonice · die ſpijt doet mī ſeere dan die ſcha
de · dictum ioannis dolet mihi · dictum dicitur
een droghe ſchoteken vt ſi cu3 volumus alicui
ſuam ignorantiā exprobrare dicamus Tu pau
ca oblitus es Inde dicax dicitur qui dicta iacu
latur in alios · die droghe ſchotekens pleech
te ſchieten · Nullius dicta m̄ plus dolent q̄ 3 pe
tri Si iaculaberis dicta in me ego retorq̄bo ea
in te · teutonice · ſchietſtu mī ick ſchiete di we
der · Therentius Tuū ne obſecro dictum erat ·
was dat dijn ſchotekē
· Q̄nq3 etiā dicta dicuntur oīa q̄ dicuntur vt
dicta ⁊ facta ioānis ſunt memoratu digna
Q̄nq3 verbo dolet ſupponit̄ oratio inapiens a
ꝙ · vt dolet mihi ꝙ feci hoc · Dolebit tibi cras ·
quod nunc facis Saepe ſolet hoibus mane dolo
re quod noctu fecerunt · Het pleech dicwael
die lude des merghēs te rouwē dat ſi des nach
tes doen · Vnum ⁊ alterꝝ q̄nq3 poſtponunt
vt quādoq3 ꝙ · vt duo ſunt q̄ mihi vehemen
ter dolent · vnum ꝙ tibi corā adeſſe nequeo
Alterum ꝙ abſens tibi opitulari non valeo ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

Duo ſunt q̄ abs te peto Vnū vt tue valitudi
nis rōem habeas Alteꝝ vt niſi ſanus huc nō re
uertaris Due cauſe fuerunt propter q̄s te caſti
gaui· vna ꝙ dignus eras q̊ caſtigareris · Alte
ra quo te corrigerē· Duo ſunt q̄ m̄ vehemē
ter dolent q̄ me valde angūt · vnū ē ꝙ ioannes
male hꝫ Alteꝝ ꝙ indies egritudo eꝰ augeſcit·
Vnū ⁊ alteꝝ etiā poſtponunt ſibi ne ſi ↄſtruan
tur cū v̾bis timēdi · vt duo ſunt q̄ timeo · vnuꝫ
ne ioannes egrotat · Alteꝝ ne inopiā victus
patiaꝰ Opere p̄cium ē ſcire q̊bus dictionibꝰ
eleganter poſtponaꝰ coniunctio vt
Poſt tam tantū adeo ſic ita eleganter vt poi
tur · vt io · tā doctus ē vt nemo ſit eo doctior
Jo · tantuꝫ aeris alieni hꝫ vt id nūq̄ꝫ diſſolutu
rus ſit · Habere es alienū ē debere diſſoluere eſt
reddere debitū · Jo · adeo fortis ē vt nemo eum
ſuperare poſſit · Cauēdum ē ne poſſꝫ pro poſ
ſit ponaꝰ · Verbū enim poſſit poſtponiꝰ verbo
p̄ntis tēporis ſed v̾bū poſſꝫ v̾bo p̄teriti tp̄is
Jtaqꝫ recte dr̄ · io · adeo fortis ē vt nemo eum
ſuperare poſſit Jtemqꝫ recte dr̄ · io · adeo fortis
erat vt nemo eum ſuperare poſſet · Horatiꝰ Ne
mo adeo ferus ē vt nō miteſcere poſſit
Cauendū ē ne ↄiunctioni vt ſubiungaꝰ indica
tiuus modus Jtaqꝫ non recte dr̄ Jo · adeo for
tis ē vt nemo valet eum ſuperare·
Poſt ſic vt ponitur vt in euangelio · Sic deꝰ

dilexit mundū vt filiū ſuum vnigenitū daret.
Tullius in. Catone maiore Senectus pleriſq̧ʒ
ſic odioſā ē vt onus aethna grauius videantur
ſuſtinere.
Poſt ita etiā ponitur. vt beatis ita bene ē. vt n̄
poſſit ita melius eſſe. Petrus ita doctus eſt. vt
mirum ſit eum tam doctū eſſe.
Non ē mihi ita bene vt liberat mihi iocari.
Poſt ita ſequitur vt aduerbiuꝫ vt ita te amo
vt meum ipſius cor
Inter vt aduerbium et vt coniunctionē hoc in
terē q̧ vt aduerbium p̄t ↄſtrui cum indicatiō
modo vt coniunctio ſemp̱ cū ↄiunctio ↄ ſtruit͛
Cum dꝛ ita me de⁹ amet vt ego tibi cupio be
ne eē. vt aduerbium ē Ita me deus adiuuꝫ
vt ego tibi nihil debeo. Ita me deus adiuuꝫ vt
tu mihi debes quod a te exigo ſacramenta ſūt
p̄t ei qui dicit peierare Poſt abltōs eēntiaꝫ
demonſtrātes p̄t poni vt. vt io. tāta procerita
te ē vt nēo eo ꝓcerioꝛ ſit. Maria q̄dā tāta alti
tudine ſūt vt vada eoꝝ inueniri neq̄ant
Trabs haec tanta craſſitudine ē vt nemo eam
vlnis complecti poſſit.
Craſſitudo alios q̄ntitatē alias q̄litatem ſꝫt
Craſſitudo trabis q̄ntitas ē craſſitudo autē ſang
uinis q̄litas Animus huāuus tāta capacita
te ē. vt eū niſi ſummū bonū nihil implē poſſit
Cauendū ē ne ꝑticula q̄ꝫ pro niſi ponatur.

Auarus nihil amat q̄z diuitias non recte dicit̃
Muta q̄z in nisi ⁊ dic auarus nihil amat nisi di
uitias Jd si feceris recte loq̄ris · Cauendū ē
nobis ne barbaris q̄sitiuis vtamur Quotari⁹
non videt̃ latinū nomen eē · Nā si quotarius la
tine diceret̃ posset ⁊ totari⁹ latine dici · Esset q̄z
hæc orō latina · Ego totari⁹ sum quotari⁹ pe
trus Si quotennis latine dr̄ videt̃ ⁊ totēnis
latine dici posse · Eritq̄z proinde hæc orō latiā
Ego totēnis sum quotēnis tu es ·
Si nolem⁹ nomine quotēnis vti poterim⁹ ita q̄
rere · Quot ānos natus es · quot annoꝝ es · q̄
ætate es · quotum annū agi⁹ ·
Si quotuplex latine dicatur videt̃ ⁊ totuplex
latine dici posse · Eritq̄z hæc oratio latina nom̄
totuplex ē quotuplex v̄bum · Quæsitiuum
quotuplex non ē nobis necāriū · Quærimus
enim p quot tam de singulis generꝝ hoc ē de in
diuiduis q̄z de gn̄ib⁹ singuloꝝ hoc ē de sp̄eb⁹
Hæc q̄stio quot sūt aialia ambigua ē · Ambi
guum enim ē vtrum q̄ramus de numero aiāliū
an de numero generꝝ aiālis
Quemadmodum hæc q̄stio quot sunt aiālia
ambigua ē ita ⁊ hæc r̄nsio Tm̄ duo sūt aiālia
Hz enim duos intellect⁹ vn⁹ ⁊ tm̄ duo nūero
sunt aiālia · Alter tm̄ sunt duo gnā aialiū q̄ꝝ
vnū ē gen⁹ hoim alterꝝ genus aiāliū mutorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]

Phalera ornamēta ē equoꝝ · Juuenalis · Ma
noꝝ artificum frāgebat pocula miles Vt pha
leris gauderet equus · Et ſi credimus tortellio
phalera a græco verbo phanero quod eſt illu
ſtro deſcendit · Phalernum vinum quoddā
dr monte quodā campanie q̄ phalernus dr in
quo naſcit̄ ſicut nos vocamus elſatienſe vinū
quoddā a pr̄ia ſua hoc ē ab elſātia · Neq; pha
lera neq; phalernū a phalon deſcendūt
Gloſſa græcum nomen ē ⁊ ſolum cum græcis
nominibus componitur · Dicitur enim bugloſ
ſa lingua bouis Cynogloſſa lingua canis Nō
autē cōponitur gloſſa cum latino nomine · ideo
ceruigloſſa non dicitur
Calos græce bonus dicitur · inde philocalus bo
nus amicus · philos enim amicus dr ſiue ama
tor · Nāphilo græcum v̄bū tm̄ ſt q̄ntū amo ·
Non ſt philos amorem vt multi dicunt ſʒ ami
cum · Eſt enim concretū nomen nō abſtractū
Philtrum a philo deſcendit · Sunt autē phil
tra venena amatoria hæc eſt q̄ faciunt hoīēs
amare ⁊ inſanire · Ouidius · Philtra nocent ani
mos vimq; furoris hn̄t · Verum philtrum ſigi
ficet id quod teutonice vilt dicitur interrogen
tur grammatici Idē interrogent an cento ſi
gnificet id qd̄ philtꝝ Pueri ſolēt v̄ba timēdi
ꝯſtruere cū orōibus ſignificātibus a qꝫ Hæ ei
orationes teruntur a pueris timeo qꝫ magiſter

ſit in ſcolis timeo q̄ magiſter veniet · timeoq̄ magiſter percipiet Qui autē latinius loquunt̄ conſtruunt̄ verba timendi cum orationibus incipientibus a ne ⁊ ab vt · vt timeo ne magiſter veniet Jck vruchte dat die meyſter gekomē ſi · timeo ne veniat · mi is lede dat hi come · timeo ne venturus ſit my is lede dat hi wert comē Timeo ne magiſter reſciſcat · mi is lede hi vernemet · timeo ne reſciuerit · mi is lede hy heeft dat vernomen · timeo ne reſciturus ſit q̄ intramus tabernam · mi is lede hi ſolde v̓nemen dat wy in de tauerne gaen

Reſciſco reſciui reſcitum ſignificat vernemen · vt magiſter reſciuit oīa q̄ heri fecimus nō dubito quin de nobis ſupplicium ſūpturus ſit

Verba timendi etiam conſtruuntur cum ne nō q̄ due particule idem ſignificant qd̓ vt · timeo ne petrus non veniat · ne non venerit · ne nō venturus ſit · my is lede hi en come niet · hi en ſi nz ghecomen · hi en werde niet comende Timeo vt magiſter venerit · ſignificat tātum quātum timeo ne magiſter non venerit · quoniam vt idem ſignificat quod ne non · mi is lede hi en ſi niet ghecomen

Non timeo ne petrus hodie veniat · my en is niet lede dat peter huyden kome · Boetius · poſtpoſuit verbo timendi particulam ne in ſecūdo libro de conſolatione philoſophie · vb

382

ita ſcriptũ reliq̃t Si ſcit metuat neceſſe ẽ ne ã
mittat quod amitti poſſe non dubitat. In pri
mo libro ſcriptum ẽ Nam q̃ vallo eius ac mu
nimine continetur nullus metus eſt ne exul eẽ
mereatur Fatendum tamen eſt etiã dici poſſe
timeo ꝙ ioannes veniet ſed ea oratio tãtum ſi
gnificat q̃ntum timeo. ꝓpterea ioãnes veniet.
Multũ intereſt inter has duas orões timeo nẽ
ioãnes venturus ſit ⁊ timeo ꝙ ioãnes veniet
Poteſt enim haec eẽ falſa cũ illa vera ẽ Timeo
ꝙ extremuꝫ iudiciũ futuꝝ ẽ . non idem ſignifi
cant. Cum v̾ba timẽdi conſtruunt̾ cum orõne
infinitiua mutãda ẽ ea in orõnẽ coniunctiuam
a ne incipientẽ vt timeo petꝝ reuerſurũ eẽ. mu
tatur ſic. timeo ne petrus reuerſurus ſit
Quod ꝑticula tria vicia faciat. p̄mum cũ abun
dat. vt neſcio qñ ꝙ io. veniet. Alteꝝ cum deẽ
vt nihil aliud ſcio q̃ꝫ io. ẽ domi. Tercium cum
pro vt aut ne aut alia ꝑticula ponit̾ vt timeo
ꝙ ioannes veniet.
Hodos viam ſignificans aũ o aſpirato ſcribit̾
⁊ deſinit in os Oda autem nunq̃ꝫ viam ẜt Ho
dos generis fẽi eſt cum compoſitis Itaqꝫ exo
dus periodus methodus fẽi ſunt. Exodus ex
itus dicitur periodus circuitus methodus tranſi
tuſ.
Ois ars per metaphorã methodus dicit̾. quia
ois ars tranſitus q̃dam ẽ. Grãmatica enim tran

ſitus quidã ẽ per ea quoꝝ ſcia ad grãmaticũ
pertinet ſicut dielctica tranſitus per ea quoꝛuꝫ
noticia ad dialectica pertinet Quod omnis
ars trãſitus ⁊ via quædã ſit ſignificat. Virgili
us pͥmo georgicoꝝ cum ait. Jgnaroſq; mecũ
viæ miſeratus agreſtes Jngredere vbi nomine
viæ ſignificat rõem. hoc ẽ artem agri colendi.
Qui methadũ cum a ſcribunt barbariſmũ
faciunt. Logos ſermonẽ ⁊ rõem ſignificat ⁊ cõ
ponitur cũ græca ꝑ̄poſitione a q̄ ſignificat id
quod ſine ⁊ dicitur alogos quod ſignificat tã
tum q̄ntum ſine ſermone vel ratione
Deriuata a nomine logos cũ g ſcribenda ſũt
Jdeo peccant qui his nõibus logicus theologi
cus aſtrologicus g lrãm detrahunt

Finis huius faraginis

82

Ars cōficiēdi Epiſto
las elegantiſſime Tul
liano more nouiter in
lucem redacta

3
170 G 116 / 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 116 [2]